Quelle: https://manuscripta.at/?ID=851
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



YSAIE

34

Visio ysaie filii amos quam
vidit super iudam et hierusalem in diebus
ozie. Joathan. Achaz. ezechie regum iuda. Audite
celi et auribus percipe terra quia
dominus locutus est. Filios enutrivi et exaltavi ipsi
autem spreverunt me. Cognovit bos possessorem suum
et asinus presepe domini sui israel autem me non cognovit et
populus meus non intellexit. Ve genti peccatrici populo
gravi iniquitate semini nequam filius scelerates. Dereliquerunt dominum blasphemaverunt sanctum israel abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiam vos ultra addentes prevaricationem. Omne caput languidum et omne cor merens. A planta pedis usque ad
verticem non est in eo sanitas. Vulnus et livor et
plaga tumens non est circumligata nec curata
medicamine nec fota oleo. Terra vestra deserta. civitates vestre succense sunt igni.
Regionem vestram coram vobis alieni devorant
et desolabor sicut in vastitate hostium. Et derelinquetur
filia syon ut umbraculum in vinea et sicut tu-
gurium in cucumario. sicut civitas quasta-
lisi dominus reliquisset nobis semen. quasi sodoma fuisse-
mus et quasi gomorra similes essemus. Audite verbum
domini principes sodomorum et auribus percipite le-
gem dei vestri populus gomorre. Quo mihi multi-
tudinem victimarum vestrarum dicit dominus. Plenus sum.
Holocausta arietum et adipem pinguium et
sanguinem vitulorum et agnorum nolui.
Cum venietis ante conspectum meum. quis quesivit hec de
manibus vestris. ut ambuletis atrium meum.
Ne offeratis ultra sacrificium frustra incensum
abhominatio est mihi. Neomenias et sabbatum et festi-
vitates alias non ferre. iniquitas est absque festo.
Calendas vestras et solemnitates vestras odi
vit anima mea. Facta sunt mihi molesta. laborav
sustinens. Et cum extenderitis manus vestras.
avertam oculos meos a vobis. et cum multiplicaveritis orationem non exaudiam. manus enim vestre sanguine plene sunt.
Lavamini mundi estote. auferte malum cogitationum vestrarum a cordis meis. Quiescite agere perversa
discite benefacere. Querite iudicium subvenite opprisso. iudicate pupillo defendite viduam. et venite
et arguite me dicit dominus. Si fuerint peccata vestra
ut coccinum quasi nix dealbabuntur. et si fuerint rubra
quasi vermiculus velut lana alba erunt. Si volueritis et audieritis me. bona terre comedetis. Quod si nolueritis et me ad iracundiam provocaveritis gladio devorabimini. quia os domini locutum est. Quomodo facta est meretrix
civitas fidelis plena iudicii. Justicia habitavit
in ea nunc autem homicide. Argentum tuum versum est in scoriam.
vinum tuum mixtum est aqua. Principes tui infideles socii furum. omnes diligunt munera. sequuntur retribu-
tiones. pupillo non iudicant. et causa viduae non ingredi-
tur ad eos. Propter hoc ait dominus deus exercituum fortis israel.
Heu ego consolabor super hostibus meis et vindicabor de inimicis meis. Et convertam manum meam ad te et excoquam
ad purum scoriam tuam et auferam omne stagnum tuum. Et
restituam iudices tuos ut fuerunt prius et consilia-
rios tuos sicut antiquitus. Post hec vocabitis civi-
tas iusti urbs fidelis. Syon in iudicio redimetur
et reducent eam in iustitia et penitentes eam et scelestos et
peccatores simul et qui deliquerunt dominum consumentur. Confundentur autem ab idolis quibus sacrificaverunt et erubescetis super
hortis quibus delectatis. Cum fueritis velut querens folium
et velut ortus absque aqua. Erit fortitudo
vestra ut favilla stupe et opus vestrum quasi scintilla et
succendetur utrumque simul et non erit qui extinguat.
Verbum quod vidit ysaias filius amon super iuda et hierusalem. Erit in novissimis diebus paratus mons domini de
vertice montium et elevabitur super colles. Et fluent
ad eum omnes gentes et ibunt populi multi et dicent. Venite
ascendamus ad montem domini et ad domum dei iacob.